

Tertull.

145. Greg. Mag.

Iusti oculi...

Gregor. Chrysof.

146. Hebr. i.

Isai. 6.

Jerem. 40.

Verus miles...

Rupertus

operis sunt lucerna. In manibus sanctorum ipsa opera sunt lucerna...

Tertio, D. Gregor. Magnus lib. 19. mor. cap. 18. Cum iusti, ait, virtutes suas occultare desiderant...

De sanctis Prophetis ait Paulus ad Hebr. 11. num. 38. In solitudinibus errantes, in montibus...

In medio populi polluta labia habentis ego habito. In Jeremia 40. n. 6. Venit Jeremias ad Goliath...

Quomodo stat ergo Pauli sententia cum factis? Si apud civitates frequenter inventuntur...

Tertio. Praecipit Dominus, ut luceant coram hominibus, ex quibus multi erant infesti inimici...

QUESTIO XXII.

Quomodo Apostolis praecipitur, ut luceant coram hominibus. Varia dubia exponenda.

147. Ambr.

PRIMO. Cum iubentur lucere, lux appellatur. Luceat lux vestra. De luce ait D. Ambr.

brofius. Non splendeat tantummodo, sed in omni utilitate gratia lucis probatur. Excellentia locis verificatur, non in suo fulgore tantum...

Secundo. Quomodo praecipit Dominus, ut lux nostra luceat coram hominibus, videtur enim quod tunc lux virtutum exposita maneat...

Tertio. Praecipit Dominus, ut luceant coram hominibus, ex quibus multi erant infesti inimici, & detractores maledici...

Quarto. Quomodo mandatur Apostolis, ut luceant coram hominibus, nam, ut ait Seneca epistol. 52. Humanus oculus caligat in aliena luce...

Iubentur lucere, ut lux, non ut lucerna.

Chrysof.

Praefules non suum, sed suorum commoventur praecursum, & quarent.

148.

Bernard.

Perfetta sanctitas ita est accensa, ut a vanitate venio non extinguatur.

149.

Chrysof.

Contra virtutem insurgunt amuli.

150.

Humani oculus alienam lucem videre non potest.

Imperfect.

151. Quilibet luce fulgeat sua, non aliena.

152. Genes. 27.

Unusquisque det odorem ex propria virtute, & non ex alieno sudore.

Ambros.

eorum oculos effundite, ut vestra bona opera percipiant: nam propria, & ingenita oculorum acies alienos radios non valet intruci...

Quinto. Supra Dominus suos appellaverat, Luceat lux vestra, planum est enim, quod si lux sunt, resplendant...

Benedicens Isaac filium suum Jacob, ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, Genes. 27. n. 27. Sed dum Isaac odorem filij sui maxime extollet...

QUESTIO XXIII.

Quare Christus in hoc sermone non dixerit: ut glorificent Deum, sed ut glorificent Patrem vestrum.

153.

Chrysof.

Honoremus honorantes nos.

AIT Christus Dominus in praesenti, homines videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum. Non dixit Deum, sed Patrem: conferenda illis nobilitatis prerogativa...

asserit filios. Si ergo ipse ex servorum conditione nos ad filiorum apicem, nobilitatemque evexit; nobis igitur tanto dono pignorat maximè incumbit ad ejus honorem attendere...

Secundo. Adhuc insto in eisdem Chrysofomi verbis: Conferenda illis nobilitatis prerogativa. Dum Dominus eis praecipit, ut tanquam lux luceant...

Tertio. D. Leo sermone 6. in Nativitate Domini: Magnum hujus muneris sacramentum, ut Deus hominem vocet filium, si autem ad humanam pertinet laudem...

Quarto. Cajetanus, Non dicit Christus, ait, glorificent Deum omnino a nobis dixerunt, sed glorificent Patrem vestrum. Pavis siquidem pro-

Malach. 1.

Bernard.

154.

Pignorat sua nobilitate honorem sibi datum conserver.

Luc. 16.

D. Chrysof.

155. Leo.

Per opera parentis assumamur.

Genes. 31.

Chrysof.

156. Cajetan.

prij honor, & gloria naturaliter quaritur a filiis, nec gloria Patris nostri aliena est a nostra gloria, quin potius querendo gloriam nostri patris, propriam quarimus bonum, in filios enim reuocatur gloria Patris, qui in caelis est. Ut Dominus magis eos insecaret ad id, quod intendebat, non dixit Deum, sed Patrem; siquidem ingenitum est filius, ut affectuose parentis sui quarant honores. Deus honorauit; a-remes in filiis, Ecclesiast. 3. n. 1. Immo dum pa-renti suo honores procurant, sibi eos sollicitant, cum decus patris totum refundatur in filios.

Ecc. 3.

571. Gen. 4. Heb. 2.15. Emilianus. Suidas. Cyril. Theodor.

Ex iustitia filiorum rati-ter honoratur & ipsi quoque filii.

Procop.

De Enos ait Scriptura Gen. 4. num. 26. Ie ca-pi invocare nomen Domini. Ex Hebraeo legitur cam Esfobio Emisleno, Suidas, Cyrillo, Theod-oreto, Iste capi invocari nomine Domini. Ex quo fit quaestio omnibus Scripturariis: Cur potius Enos seceperit invocari non in Deum, vel dici Deum, quam Abel, qui ore Christi dicitur Justus; vel quam Melchisedech, in cuius persona Christi Sacerdotium praefiguratum est? Cur ego hic mersit nomine Dei insigniri & ut eius filij vul-gariter filij Dei dicerentur? Enos praeterquam quod esset vir valde pius, genuit filios optime instructos in virtute, cultu, ac reverentia Dei; & ex praclara filiorum iustitia, in qua a parente suo fuerant educati, tantam Enos nobilitatem comparavit, ut omnium ore tanquam Deus ac-clamaretur; qui etiam honos in proprios filios redandavit, ut etiam ipsi communiter, & vulga-riter filij Dei dicerentur. Procopius. Speravit ap-pellari nomine Domini Dei, id est, dici dominus, omnes siquidem, qui ex Seth, qui est pater Enos, ge-neris originem ducebant, suorum iusti proinde Scri-pta in sequentibus sic loquitur: Viderunt filij Dei. Tanquam si dicat, quia filij erant conspicui virtute, ipse obtinuit, ut divinus diceretur, ac ut ejus nati filij Dei vocarentur

Matth. 5. n. 17. Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut Prophetas, non veni solvere, sed adimplere.

VERSIONES.

- Syriacus. Ne putetis, me venisse, ut solvam legem.
Pagninus. Ne putetis, quod venerim ad destruendam legem, aut Prophetas: non veni, ut destruam, sed ut impleam.
D. Paschasii. 3. Nolite cogitare, in Matth.
Eubymius. Non veni ad solvendum legem, sed ad complendum.

EXPOSITIO.

158. Chromant.

ENE, ait Chromantius, non ad dissol-vendam legem, vel Prophetas filius Dei venit, qui auctor est legis, & Prophetarum, quia ipse Moysen ad traenendam legem populo de-

dit, & Prophetas ad predicationem futurorum Sa-cto Spiritu mandavit. Quae Dominus fecit, non destruit, sed perficit, & ideo legem, quam ipse dedit, & verba, quae posuit in ore Prophe-tarum, non dissolvit, sed adimplet. Neque pro-phanabo testamentum meum, & quae procedunt de Psalm. 88. labiis meis, non faciam irrita, Psalm. 88. n. 35. Nolite putare, Adeo legem, & verba a Patre da-ta venerabatur, ut non pateretur, quod aliquis etiam cogitatione sibi persuaderet; quod ea dis-solvebat, & contempnit. Et ideo, ut notat Basil. Di. Basilus Seleucus Or. 42. antequam Judaei quidam dicerent, Dominus calumniam pra-occupat, & refutat, dicens: Nolite putare, & addidit, solvere legem, id est, legem Moysi, quam vocavi absolute legem, quia quamvis multae leges in mundo, reperirentur, illa tamen, ut re-Abulen. te observat Abulensis, erat lex Dei, & nulla alia pro tunc erat, ut ait ipse Abulensis. Et quae a Deo veniunt, solum absolute sunt, & dicun-tur Solvere legem, aut Prophetas. Facit distin-ctionem inter legem, & Prophetas ut recte ob-servant Chrysostr. homil. 15. Albertus Ma-gnus, & alij. Nam lex dabat praeccepta, ut Cir-cumcisionis, oblationis in templo, Prophetae vero praedixerunt omnia, quae in ipso erant: In omnibus, quae locuti sunt Prophetae, Luc. 24. n. 25. Quae omnia usque adeo Christus adimplevit, ut Cajetan. ai. Cajetanus, ut etiam Creem sibi ret. Mag-nam documentum; ut pro adimplendo verbo mortem non fugias. 159.

Non solvere, sed adimplere. Magna humi-litas Domini in his verbis declaratur, ut dicam quae sequenti, in principio, ex Chrysostr. homi-l. 16. Christus non solum dixit: Non solvo legem, quod sufficerebat; sed adimpleo. Quod bene explicat Joannes Cassianus collat. 10. cap. 14. Veni, non antiquare vetera, sed ad perfectionem reducere imperfecta. Bene Tertullianus lib. 4. con-tra Marcionem cap. 10. & 36. arguit ipsius Mar-cionis insipientiam exahisse haec verba de Evan-gelio, quod salvum est. Deinde, quia Christus non solum verbis dicebat se implevisse legem, sed etiam hoc factis operibus declarabat.

QUESTIO XXIV.

Quare Dominus hoc loco ait quod non vene-rit solvere legem, sed adimplere?

A NTEQUAM ad quaestionem veniam, nota 160. cum Chrysostr. homil. 16. in Matth. Chrysostr. Domini humilitatem; nam cum esset supremus Dominus, non ait de se, quod venisset ad abro-gandam legem, sed formam servi induens, ve-nit, non ad solvendum, sed ad implendum. Unde perbellè ait S. Doct. r. Multa de se humi-lia ipse dixit, excelsa aliis, magna dicenda dimisit, se humilia De se ait Dominus Matth. 20. num. 28. Non ve-dicit, aliis nisi filius hominis ministrari, sed ministrare. Et ta-magna di-cenda remi-tit. Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Ipse Chri-Matth. 20. stus ait: Masculum, & foeminam fecit cor. Matth. 4. 19. n. 4. Non ait, Ego feci; sed in tertia persona fecit, scilicet Deus, Ex Evangelio Joann. 1. n. 3. de illo erudiat: Omnia per ipsum facta sunt. Alia exempla prosequitur, citatus D. Chrysostr. omnis. Praesens.

161.

Praesens quaestio est: Quorsum Dominus postquam suos vocavit sal, lucem, lucernam, civitatem, ac eis praecipit ut luceant coram hominibus, ait eis: Nolite putare; quoniam veni solvere legem. Quae connexione haec stant? & qua intentione sunt dicta?

162. Chrysostr. Theoph.

Multum probabilis opinio.

163. Chrysostr. Abulens. Hugo.

Calumnia praecipua.

Novitas per-entiosa.

164. August.

Suo exemplo eos docet.

165. Imperfect.

Maldon.

Familiares principum licentibus.

ti quo more, ut primum adeps incenderetur; dicebat puer Sacerdotis: Nequaquam, nunc enim da-bis, alioquin tollam, ut 1. Reg. 2. num. 16. Et sic 2. Reg. 3. faciebat puer universo Isael, ibid. num. 4. In quo crimine multa erant facinora. Nam ipse assume-bat, quodcumque tollebat fuscinula, cum tamen in lege pars esset determinata Sacerdotis; & con-tra morem, antequam adeps incenderetur, tol-lebat puer, & hoc universo Israeli. Unde unus puer aude contra legem Dei, contra antiquum morem, totam unam republicam opprimere? Erat puer Sacerdotis, & e familia potentum; & ideo habet animum, vim, ac manum ad totum vexandum, molestandumque amplissimum regnum. Abulensis. Puer Sacerdotis aiebat: Tollam violenter: hoc dicebat, quia Sacerdotes erant Do-mini in Sanctuario, & viri magna potestatis; cre-debatque puer posse inferre violentiam quibuscum-que.

Abulens.

166.

Doctores suis interpreta-tionibus le-gem solvunt.

D. Thom.

167. Petri.

Sapere Doctores suis interpre-tationibus faciunt no-vam legem.

Occumca.

168.

Daniel. 5. Gloss. Moz.

Theodor.

falsam

Sexto Dominus creaverat suos discipulos mag-istros, ac doctores totius Orbis, utque coram omnibus lacerent. Nunc, cum ipse sit omnium magistrorum magister, ac doctor, subdit: Nolite putare, quoniam veni solvere legem, ut suo exem-ple eos informaret, ut secundum legem docerent, & vivant. Praecaverat Dominus in eis periculum; quod saepe contingit multis litteratis, qui, ut li-centiosè vivant, juxta suam voluptatem com-mentitiis expositi ionibus legem dissolvunt, & ir-ritant. Unde ait D. Thomas: Solvere legem est, non intelligere, quod illa declarat mira Christi sapientia, ubi primum doctores, ac viros doctri-na conspicuos dat, statim eos exhortatur ad le-gum observationem, ne sibi persuadent sua eruditione, ac interpretatione, quod possint a se legem excludere, & se ab illa eximere; nam sa-pientia non est legis exemptio, sed potius ve-hemens allegatio.

Rectè in hanc sententiam explicat Occume-nius locum Petri Epistol. 2. cap. 1. n. 4. Ait Apo-stolus: Intelligentes, quod omnis propheta Scri-pturae propria interpretatione non fit. Videbatur commodius dicendum, quod Scriptura non fit proprio spiritu, propria compositione, ac scri-ptione; hoc enim modo fit Scriptura. Sed ait: Non fit propria interpretatione. Pangit Aposto-lus aliquos litteratos, quia sua propria expositione intentant edere novam Scripturam, novam le-gem, ac constitutionem, eam explanantes, non secundum suam mentem, sed secundum suum commodum; & ideo exemplum adduxit ex pro-pheta: Quia, ait Occumenius, Propheta a Deo acceperunt prophetiam, non ut ipsi volunt, sed ut, qui eos movet divinus Spiritus operatur.

Epulante Balthazare, Apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis in superficie varietis aulae regiae, Dan. 5. num. 5. De illo autem scri-bente ait glossa Malis, quod scribens erat Deus Pater, manus Deus Filius, digitus Deus Spiritus Sanctus. Scriptura autem erat: Mane, Thecel, Phares. Ad iussionem autem Regis vocantur omnes sapientes Babylonici, Magi, Chaldaei, & aruspices, Scripturam non possunt legere, nec interpretari, multis praemis ab Imperatore propositis. De quo maxime admiratur Theodo-retas. Magi rationem invenire non poterant, qua divinas litteras legerent, praesertim tanto proposito praemio, quod ipsi valde incitabat. Et quod me magis in admirationem rapit: Cur isti Arioli falsam